

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors u  
cum fonte primo

Platonis sentencia est omnem  
sapientum uitam meditacionem esse  
mortis.

Debemus igitur et nos animo  
premeditari quid aliquando futuri  
sumus et quod, uelimus nolimus,  
abesse longius non potest.

Ieronymus in epistola ad Eliodorum.

Platonis sententia est omnem  
sapienti uitam meditationem esse  
mortis.  
laudant hoc philosophi et in caelum  
ferunt, sed multo fortius apostolus:  
coditie, inquit, morior per uestram  
gloriam (I. Cor. 15:31) aliud est conari,  
aliud agere; aliud uiuere moriturum,  
aliud mori uicturum. ille moriturus ex  
gloria est; iste moritur semper ad  
gloriam.  
debemus igitur et nos animo  
praemeditari, quod aliquando futuri  
sumus et quod – uelimus nolimus –  
abesse longius non potest.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 60,  
14, 2-3 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.566,  
ll.9-17).